

## LXXIII.

1273 aprile 25, martedì, Tradate

Giacomo de Modoetia servitore del comune di Milano si reca a Tradate per ordinare la determinazione e la consegna delle terre della chiesa di S. Bartolomeo al Bosco sita presso Appiano, a seguito precetto dell'assessore Federico Piperata, di cui all'atto del 18 marzo. 5

Originale, con lacerazione in alto a destra, in Archivio di Stato in Milano, Fondo relig., P. antica, Milano, Capitolo Maggiore del Duomo, cart. 165, cass. 46, O5, n. 4 (A). Copia di mano del sec. XVIII, *ibid.*, ivi (B).

Reg.: T. MARTELLINI, *Le pergamene dei capitoli ...*, in «Studi di Storia medioevale e di Diplomatica», 10, p. 52, n. 196. 10

Il notaio e servitore è molto scorretto; inoltre usa indifferentemente le semplici e le doppie.

La data dell'atto citato presenta elementi discordanti tra il giorno del mese e il giorno della settimana: trattandosi del precetto del 18 marzo, che cadeva in sabato, è probabile che il notaio abbia scritto erroneamente il giorno del mese. 15

(ST) In nomine Domini. Anno a nativitate Domini nostri millesimo ducesimo septuagesimo tertio, die martis vigesimo quinto die mensis aprilis, indictione prima. Aferius Gualperti con[sul] comunis loci de Tradate et Michaelis Marteganus et Martinus Ramperti et Iacobus Ferrarius et Barnabas Marteganus et Guarandrus de Manna, omnes illius loci de Tradate, consignat[ores ellec]ti dati<sup>a</sup> et constituti et confirmati per comune et consules et officiales et vicinos illius loci tam nobillium quam vicinorum illius loci occaxione quod debeant seu deberent consignare et determinare, parific[are et] designare seu etiam coherentiare omnes terras et sedimina et possessiones et iura, quas et que ecclesia et canonica et capitullum Sancti Bartollomei ad Buschum habet et ei pertinet in illo loco et territorio de Tradate, [et con]signare et manifestare omnes personas 20  
quas<sup>b</sup> tenent et laborant vel tenuerunt et laboraverunt eas et ea et nomina et cognomina earum et ubi stant; de quibus consignationibus omnibus et determinationibus fatiendis et [fieri-fatiendis-et-facere-velle] dicti consules et officiales et vicini et consignatores, eorum nomine et illius comunis, et ipsum comune coacti fuerunt per Iacobum de Modoe- 30  
tia servitorem comunis Mediolani, qui est notarius, precepto et ex parte Fedrici Piperate iudicis et assessoris potestatis Mediolani, et de quibus omnibus predictis consignationibus et determinationibus et coherentiationibus fatiendis et fieri fatiendis et facere posse dictus servitor ibi habebat et hostendebat se habere preceptum unum scriptum, inpetratum illi servitori ab illo iudice, tenor cuius precepti inferius legitur et continetur. 35  
Quas petias terre dominus prepositus et canonici et capitullum illius ecclesie volunt et eis placet et placuit pro maiori utilitate illius ecclesie et canonice modo de novo facere sibi consignari et determinari et coherentias<sup>c</sup> earum renovare et eas terras mensurari facere ad hoc ut melius sciantur et sciri possint de cetero et pro esse magis note et designare eas et ea ubi iacent et in quibus contratis et fines et coherentias et quantitates earum pro bona memoria de cetero retinenda et ad conservationem sui iuris; et hoc facere vo- 40  
lunt dum vivi sunt illi homines qui sunt noti earum rerum et qui sci[unt] eas et ea antequam vadant de hoc seculo ad hoc ut de cetero dicti prepositus et canonici et vicini illius loci presentes et futuri melius possint scire et invenire et inveniri eas et ea per alia tempora ubi sunt et iacent et contrate et fines earum et quantitates earum. Qui consignatores electi dati et confirmati et constituti fuerunt pro esse meliores et plus ydonei, qui me- 45

lius sciunt et scire debent eas et ea quam alios homines qui possint et possent eligere nec dare nec eligi seu dari nec inveniri in illo loco etiam secundum<sup>a</sup> quod dicti consignatores ibi dicebant et confessabant. Quam consignationem et determinationem dicti consignatores fecerunt et consignaverunt die sabbati proximi preteriti et ab illa die citra omni die de die in diem usque odie, bona fide, sine fraude, remotis odio, amore, timore et spetialiter proficuo et dampno suo et alieno et per eorum sacramenta acta, tacta et facta super scripturis et ultra, sub pena et banno librarum L tertiorum pro quolibet, eidem domino preposito et Tealdo de Carbonate canonico et nuntio illius ecclesie et capituli, nomine illius ecclesie et capitulli, infrascriptas petias terre et sedimen illius ecclesie esse et fuisse illius ecclesie et canonice et ei pertinere et pertinere consuevisse a suis<sup>a</sup> memoriis citra, 5 quas et que tenent et laborant et tenuerunt et<sup>a</sup> laboraverunt infrascripti homines ab illa ecclesia ad fictum ut inferius legitur et continetur; de quibus terris et sedimine et possessionibus et iuribus multe carte acquisistorum<sup>b</sup> et emptionum et consignationum et investitionis et alie scripture et inbrivature veteres ibi aparuerunt et hostendebantur per ipsum locum et per campanias illius loci ad eas terras que legebantur per illum locum et terr[itor]ium, ad eas terras de petia in petiam<sup>a</sup>, eisdem consignatoribus presenti- 10 bus et audientibus et eis datum ad intelligendum multotiens et sepissime. Terre autem quas consignant sunt iste, et nomina illorum qui tenent eas et ea. In primis consignaverunt petias V terre illius ecclesie, quas laborat ad fictum ab illa ecclesia et canonica Sancti Bartollomei Ardicus de Villa illius loci. Prima quarum iacet ubi dicitur in Noxedo, et est campus, pertice tres et tabule novem: coheret ei a mane domini Guillielmi de Pusterla<sup>a</sup>, quam tenet Iacobus Alfeus, a meridie eiusdem ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Martinus Riperti, a sero ipsius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet<sup>d</sup> Rambellus de Musso, a monte Guarandri de Manna illius loci. II petia iacet similiter in 20 Noxedo, et est campus, pertice novem et tabule sex: coheret ei a mane Rogerii Medici, a meridie Montenariorum de Castroseprio, quam tenet Ubertolus Bassus, a sero Anselmi Martegani, a monte via. III petia iacet ibi ubi dicitur in Brera sive in Noxedo, et est campus, pertice tres et tabule quinque: coheret ei a mane via, a meridie Finiberti Martinoni, quam tenet Miranus Alfeus, a sero Rainerii Bultraffi, a monte dicti Finiberti Martinoni, quam tenet idem Miranus Alfeus et in parte ecclesie Sancti Stephani, quam tenet presbiter illius loci. IIII petia iacet ubi dicitur in Gabba, et est campus, pertice qua- 30 tuor et tabule decem octo: coheret ei a mane dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Comes Alfeus, et in parte dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet dictus Ardicus<sup>e</sup> de Villa massarius, a meridie via, a sero Gasparri de Castelliono, quam tenet dictus Barnabas Marteganus, et in parte dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Ubertus de Romano, et in parte ecclesie Sancte Marie de Castello, quam tenet dictus Rambellus de Musso, a monte dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Petrus de Cornu de Sponzano. V petia iacet subtus Montem, et est campus, pertica una et tabule sex: coheret ei a mane dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Perronus de Castroseprio, a meridie Dominici Martegani, a sero fuit illorum de Pusterla et modo est dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Maza Riperti, a monte ecclesie Sancti Petri de Habiate, quam tenet ille Maza. Item consignaverunt petias III terre illius ecclesie, quas tenet et laborat ad fictum ab illa ecclesia Sancti Bartollomei Anselmus Marteganus illius loci. Prima quarum iacet ubi dicitur ad Sanctum Salvatorem, et est vinea, pertice tres et ta- 40 bule sedecim: coheret ei a mane ecclesie Sancti Petri de Habiate, quam tenet<sup>a</sup> Perrochus de Cassiano, a meridie dicti Anselmi Martegane, a sero ser Francischi de Pusterla, quam tenet Iacobus de Mama, a monte via. II petia iacet insuper<sup>a</sup> Montem, et est campus, tabule decem novem: coheret ei a mane Sancti Bartollomei, quam tenet Laurentius Sugus, a meridie via, a sero dicte ecclesie Sancte Marie de Castello, quam tenet dictus Guarandri

drus de Mama seu de Mana, a meridie terra dicti Anselmi Margane<sup>b</sup> de Pradello. III petia iacet ubi dicitur ad Voltam de Super Monte, et est campus, pertice quatuor et tabule tredecim: coheret ei a mane strata de Mediolano, a meridie via, a sero dicte ecclesie Sancti Stephani, quam tenet ille Anselmus Marteganus; que petia erat in cartis illius ecclesie Sancti Bartollomei in petiis IIII<sup>b</sup>, una quarum fuit de massaritia Ferrarii de Ferrariis, tabule XVIII, secunda fuit de massaritia Petri Boniperti, tabule XVIII, III fuit de massaritia Bovi de Bovis, tabule undecim; de quibus petiis tribus terre dictus Anselmus Marteganus investitus est in presentia Michaelis filii condam Iohannis Martegane et Uberti filii condam Iohannis de Romano et Alfei filii condam Gualperti Alfei illius loci testium pro stariis sex sicalis et stariis quatuor millii et stariis duobus panici omni anno, grossum in sancto Laurentio et minutum in sancto Martino ad mensuram Mediolani, consignatum ad illam ecclesiam Sancti Bartollomei, eo acto quod si contingerit ipsum massaritium relaxare, quod tenetur ille massarius consignare eas terras illi capitullo, eas et contrate<sup>b</sup> et coherentie<sup>b</sup> earum in tanta quantitate ut supra. Item consignaverunt petias IIII terre et sedimen I illius ecclesie Sancti Bartollomei, quas tenet et laborat ad fictum ab illa ecclesia Sancti Bartollomei Barnabas Marteganus illius loci. Prima quarum iacet ubi dicitur in Camaxente, et est campus, pertice tres et tabule octo: coheret ei a mane dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Petrus Riperti, a meridie dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Perronus de Castroseprio, a sero eiusdem ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Martinus Riperti, a monte Gasparri de Castelliono, quam tenet dictus Barnabas. II petia iacet in Novello, et est campus, pertice quatuor et tabula una: coheret ei a mane ser Guilielmi de Pusterla, quam tenet Anselmus Martegana, a meridie via, a sero Martii Martegane, a monte Lafranci Martegane, quam tenet dictus Maza Riperti. III petia iacet ubi dicitur Insuper Montem, et est campus, pertica una et tabule viginti due et pedes sex: coheret ei a mane dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Iacobus Ferrarius, a meridie via, a sero iamdicti Gasparri de Castelliono, quam tenet ille Barnabas, a monte similiter. IIII petia iacet in ipso loco, in capite ville de subrus, et est sedimen cum clausso et terra vineata de retro insimul tenentibus, et est pertice tres et tabule decem septem et pedes decem et medius: coheret ei a mane dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Michaelis Marteganus, a meridie ecclesie Sancti Salvatoris et cimiterium eius, a sero et a monte strata, cum duabus arboribus intus, hedificia cuius sediminis dicit ille Barnabas esse sua et levata per ipsum Barnabaem. Item consignaverunt petiam unam terre illius ecclesie, que est vinea, quam tenet et laborat ad fictum ab illa ecclesia Sancti Bartollomei Domenicus Ferrarius illius loci, et iacet ubi dicitur in Capite Ville, cum arboribus viginti castanearum intus, et est pertice<sup>f</sup> octo et tabule octo: coheret ei a mane dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Perinus Ferrarius, a meridie strata de Mediolano et ipsum locum, a sero scavartia, et ultra illam scavartiam est vinea ser Alberti de Pusterla, quam tenet ille Maza Riperti, a monte dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Ferrarius de Ferrariis, de qua petia terre dictus Dominicus Ferrarius investitus est in presentia Petri filii condam ser Pagani de Carono et Iacobi filii condam \*\*\*\*\* Ferrarii et Ottobelli filii eius de ipso loco Tradate testium pro stariis decem sicalis et stariis quinque millii et stariis quinque panici dandis omni anno ad mensuram Mediolani, grossum in sancto Laurentio et minutum in sancto Martino, consignatum ad ipsam ecclesiam Sancti Bartollomei; eo acto quod si contingerit ipsam petiam terre relaxare et refutare, quod ille massarius teneatur consignare eam petiam eidem capitullo, eam et contratam et coherentias eius in tanta quantitate. Item consignaverunt petias VII terre illius ecclesie, quas tenent et laborant et tenere et laborare debent de cetero ad fictum ab illa ecclesia Sancti Bartollomei Laurentius Sugus et Domergellus Martegana illius loci de Trate<sup>b</sup>. Prima quarum iacet ubi dicitur in Cerri si-

ve in Traversera, et est vinea, pertica una et tabule quinque: coheret ei a mane via, a  
 meridie dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam laborat iamdicus Perronus de Castrose-  
 prio, a sero via, a monte dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet<sup>a</sup> iamdictus Ruge-  
 rius Medicus. II petia iacet in Cerri, et est campus, tabule decem septem: coheret ei a  
 5 mane Lafranci de Monacho, quam tenet Maza Riperti, a meridie dicte ecclesie Sancti  
 Bartollomei, quam tenet dictus Rugerius Meddicus, a sero Robau, a monte Medicorum,  
 quam tenet<sup>a</sup> Iacobetus Meddicus, a sero Robau, a monte Medicorum, quam tenet<sup>a</sup> Iaco-  
 bus Meddicus. III petia iacet ubi dicitur in Sorino, et est campus, pertice tres et tabule  
 decem et pedes sex: coheret ei a mane dicti Maze Riperti, a meridie ser Alberti de Pu-  
 10 sterla, quam tenet Suzo de Castroseprio, a sero Nuvironi de Ripa, quam tenet Finiber-  
 tus Meddicus, a monte dicti Petri Riperti. IIII petia iacet in Sorino, et est campus ibi  
 prope, versus montem, tabule viginti due: coheret ei a mane Maze Riperti, a meridie Pe-  
 tri Riperti, a sero Petri de Pusterla, quam tenet Domergonus Laudexanus, a monte Gui-  
 doti de Ardizono de Castello, quam tenet dictus Rambellus de Mussone. V petia iacet  
 15 ubi<sup>a</sup> dicitur in Pradello, et est campus, pertice due et tabule tres: coheret ei a mane iam-  
 dicte ecclesie Sancti Petri de Habiate, quam tenet dictus Laurentius Sugus, a meridie  
 via, a sero dicti Lafranci de Monacho, quam tenet Martius<sup>a</sup> de Pradello, a monte Fran-  
 cischi de Pusterla, quam tenet Alfeus Gualperti, et in parte iamdicte ecclesie Sancti Ste-  
 phani, quam tenet dictus Martinus Riperti. VI petia iacet ubi dicitur in Gabba, et est  
 20 campus, pertica una et pedes sex, quam tenet<sup>b</sup> dictus Barnabas et fratres eius: coheret ei  
 a mane dicti Barnabae Martegani, a meridie dicti Guarandri de Mana, a sero dicte eccle-  
 sie Sancti Bartollomei, quam tenet dictus Martinus Riperti, a monte via. VII petia iacet  
 ubi dicitur similiter in Gabba, pertice due et tabule due: coheret ei a mane dicte ecclesie  
 Sancti<sup>a</sup> Bartollomei, quam tenet<sup>c</sup> Petrus Riperti, a meridie Petri de Pusterla, quam te-  
 25 net dictus Domergolus, a sero dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet<sup>b</sup> dictus Per-  
 ronus de Castroseprio et ille Domergolus, a monte dicte ecclesie Sancti Bartollomei,  
 quam tenet Iohannes Medicus; de quibus petiis VII terre investiti sunt dicti Domergel-  
 lus Marteganus et Laurentius Sugus, in presentia dicti Iacobi Ferrii<sup>b</sup> et Ottobellini filii  
 sui et Petri filii Prepizani illius loci testium pro stariis septem sicalis et stariis septem  
 30 millii dandis omni anno eidem capitullo Sancti Bartollomei ad mensuram Mediolani,  
 grossum in sancto Laurentio et minutum in sancto Martino, tractum et consignatum ad  
 ipsam ecclesiam Sancti Bartollomei; eo acto quod, si contigerit<sup>b</sup> ipsas petias terre reffura-  
 re seu relaxare, quod illi massarii debeant et teneantur consignare eas petias terre eidem  
 capitullo et contratas et coherentias earum et in tanta quantitate ut supra<sup>h</sup>. Item consi-  
 35 gnaverunt petias XI terre illius ecclesie, quas tenet et laborat et de cetero tenere et labo-  
 rare debet ab illa ecclesia Sancti Bartollomei Ferrarius de Ferrariis illius loci de Tradata<sup>b</sup>.  
 Prima quarum iacet ubi dicitur ad Grizam de Ranate, tabule viginti et pedes unde-  
 cim, pro medietate unius petie terre Sancti Bartollomei, et alia medietas tenet Maza Ri-  
 perti: coheret eidem medietati a mane Alcherii de Pusterla, quam tenet Guasconus  
 40 Lamperti, a meridie vel a monte<sup>i</sup> alia medietas dicta, quam tenet dictus Maza Riperti, a  
 sero accessium. II petia iacet ubi dicitur in Ceri, et est campus, pertice due et tabule oc-  
 to: coheret ei a mane Beltrami de Cornu, a meridie Paxii Montenarii, a sero Philipi Bo-  
 xii, quam tenet Iacobus Alfeus, et in parte Alberti de Pusterla, quam tenet Suzo de Ca-  
 sate, a monte dicti Beltrami de Cornu. III petia iacet ubi dicitur similiter in Ceri, et est  
 45 campus cum coca una, a meridie parte; que petia cum illa coca est pertice due et tabule  
 octo et pedes sex et medius: coheret ei a mane via et in parte Antonii Montenarii, a me-  
 ridie met<sup>b</sup> terre illius Antonii<sup>a</sup> et Petri Ferrarii, a sero via, a monte dicte ecclesie Sancti  
 Stephani, quam tenet dictus Petrus Riperti. IIII petia iacet ubi dicitur in Sorino, et est  
 campus, tabulle viginti due: coheret ei a mane accessium, a meridie iamdicti Guidoti de

Ardizono, quam tenet iamdictus Rambellus de Musso, a sero dicte ecclesie Sancti Ste-  
 phani<sup>1</sup>, quam tenet Iohannes Barberius, a monte via de Mullino. V petia iacet ubi dici-  
 tur ad Pozolum sive ad Caravum, et est campus, pertice decem et tabule septem: cohe-  
 ret ei a mane Martini de Monacho, quam tenet Mainfredus Bonizonus, a meridie ser  
 Francischi de Pusterla, quam tenet Ubertus Asaldi, et in parte ser Alberti de Pusterla, a 5  
 sero ser Alcherii de Pusterla, quam tenet Guasconus Lamberti, a monte via. VI petia ia-  
 cet ubi dicitur in Via Cava, et est campus, pertica una et tabule tredecim et pes unus pro  
 medietate unius petie: coheret ei a mane dicti ser Guilielmi de Pusterla, quam tenet  
 Marzius Marteganus, a meridie tenet Petrolus de Carella et in parte uxoris Brunaxii de  
 Castelliono, quam tenet<sup>2</sup> ille Petrolus, a sero alia medietas, que est Petri de Habiare, a 10  
 monte via. VII petia iacet ubi dicitur ad Ferrazolum, et est campus, pertica una et tabu-  
 le decem septem: coheret ei a mane silva dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet  
 dictus Maza Riperti, a meridie Gratioli Martegani et fratrum eius, a sero Iacobi Ferra-  
 rii, a monte dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet dictus Rambellus de Mussone.  
 VIII petia iacet ubi dicitur in Via Cava, et est silva, et fuit campus cum novellis triginta 15  
 octo et arbore uno grossa intus castanearum, que petia est in penduria coste, et est perti-  
 ce quatuor et tabule quatuordecim: coheret ei a mane fuit et est dicte ecclesie Sancti  
 Stephani, quam tenet Petrus de Locarni, et in parte illorum de Pusterla, a meridie via, a  
 sero Biriani de Pusterla et in parte heredum condam Martini Martegani, a monte dicti  
 Maze Riperti tenet, que dicitur fuisse dicte ecclesie Sancti Bartollomei. VIII petia iacet 20  
 in via cava, ultra, versus meridiem, et est campus et pars pratium, et est per totum  
 pertice undecim et tabule decem novem et pedes quatuor, videlicet de campo pertice de-  
 cem et tabule IIII et pedes X et de prato pertica una et tabule quatuordecim et pedes  
 VI, et habet cocam unam, a meridie parte, que vadit versus<sup>b</sup>, item versus meridiem: co-  
 heret ei ad supertotum a mane dicti ser Francischi de Pusterla, quam tenet Iacobus 25  
 Asaldi, a meridie iamdicte ecclesie Sancte Marie de Castello et in parte suprascripti  
 Chunradi de Castelliono, a sero dicti Antonii de Montenario et in parte via cava, a mon-  
 te illamet via cava iterum cum castaneis triginta novem intus inter magnas et parvas. X  
 petia iacet in capite illius ville, et est vinea, cum arboribus sexaginta sex intus ripis  
 et intus costis illius petie, et est pertice quatuordecim: coheret ei a meridie dicte ecclesie 30  
 Sancti Bartollomei, quam tenet<sup>b</sup> Perrinus Ferrarius et Dominicus Ferrarius, a mane  
 strata, et ultra illam stratum ibi per medium est sedimen habitationis Uberti de Roma-  
 no, a sero vinea Alberti de Pusterla, quam tenet dictus Maza Riperti, a monte via. XI  
 petia iacet ubi dicitur ad Pozolum sive ad Cadenalte, et est campus, cum planta una nu-  
 cis et planta una castanearum intus, pertice due et tabule viginti una et pedes novem et 35  
 medius: coheret ei a mane dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Iacobus Ferra-  
 rius, a meridie eiusdem ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Galvagnius de Pusterla,  
 a sero ipsius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Petrus Riperti, a monte pratium il-  
 lius ecclesie Sancti Bartollomei, quod tenet dominus prepositus ad suas manus. Item  
 consignaverunt petias III terre eiusdem ecclesie Sancti Bartollomei, quas tenet et laborat 40  
 et tenere et laborare debet de cetero ad fictum ab illa ecclesia Sancti Bartollomei  
 Guasconus Lamperti illius loci de Tradate. Prima quarum iacet ubi dicitur in Bargo, et  
 est campus, pertice due et tabule duodecim: coheret ei a mane strata de Mediolano, a  
 meridie dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quas tenet Mancillinus Riperti, a sero via, a  
 monte Billiani de Pusterla. II petia iacet ubi dicitur in Noxedo sive in Vallegio, et est 45  
 campus, pertice tres minus tabula una: coheret ei a mane dicti Finiberti Marinoni<sup>b</sup>, quam  
 tenet iamdictus Miranus Alfeus, a meridie Gasparri de Castelliono, quam tenet Barna-  
 bas Marteganus, a sero Guarandri de Manna et in parte Petri de Pusterla, quam tenet  
 Comes Alfeus, a monte dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet dictus Guarandrus

de Manna. III petia iacet ubi dicitur in Bango<sup>b</sup>, et est campus, pertica una et tabule vi-  
 ginti una: coheret ei a mane via, a meridie dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet  
 dicitur Guarandrus de Manna, a sero accessium, et ultra illud accessium ibi per medium  
 est terra dicti Uberti de Romana<sup>b</sup>, a monte ser Alcherii de Pusterla, quam tenet Iacobus  
 5 de Suzone; de quibus petiis III terre dictus Guasconus massarius investitus est in pre-  
 sentia dictorum Iacobi Ferrarii et Ottorini filii sui et Mutalbergi filii Petri Ferrarii illius  
 loci Tradate testium per starium unum et quartarios tres sicalis et starios duos millii et  
 rinas tres panici dandis omni anno eidem capitullo ad mensuram Mediolani, grossum in  
 10 sancto Laurentio et minutum in sancto Martino, consignatum ad ipsam ecclesiam Sancti  
 Bartollomei; eo acto quod, si contingerit ille massarius eas terras reffutare et relaxare,  
 quod teneatur et debeat<sup>a</sup> eas consignare eidem capitullo et contratas et coherentias et  
 quantitatem earum. Item consignaverunt petiam unam terre eiusdem ecclesie Sancti  
 Bartollomei, quam tenet et laborat Galvagnius de Pusterla civitatis Mediolani, set nunc  
 15 habitat et stat in eodem loco Tradate, et iacet ubi dicitur ad Pozolum, et est vinea, per-  
 tica due et tabule decem septem: coheret ei a mane iamdicti Galvagnii, a meridie simili-  
 ter a sero iamdicte ecclesie Sancti Stephani illius loci, a monte similiter, quam tenet<sup>b</sup>  
 Iacobus Ferrarius et Petrus Ferrarius. Item consignaverunt sedimen unum illius ecclesie  
 Sancti Bartollomei, quod tenet et tenere debet de cetero ad fictum seu ad pensionem ab  
 illa ecclesia Sancti Bartollomei Iohannes Ferrarius illius loci de Tradate, et iacet in ipso  
 20 loci, in contrata Ferrariorum, ubi dicitur ad Pozolum, cum curte et area et terra vineata  
 de retro insimul tenentibus, cum arbore una castanearum intus; que omnia sunt pertice  
 due et tabule viginti una et pes unus et medius, et cum planta nucis intus: coheret ei a  
 mane strata per quam itur ad locum de Habiate, a meridie puteus de Pozolo, a sero sedi-  
 25 mei et terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quod tenet Petrus Ferrarius, a monte ac-  
 cesium Sancti Bartollomei, de quo sedimine dictus Iohannes Ferrarius investitus est in  
 presentia Mudalbergi filii Petri Ferrarii et Iacobi Ferrarii et Ottoroli filii eius illius loci  
 de Tradate testium per starios septem sicalis et totidem millii dandis omni anno eidem  
 capitullo ad mensuram Mediolani, grossum in sancto Laurentio et minutum in sancto  
 30 Martino, consignatum ad ipsam ecclesiam Sancti Bartollomei; eo acto quod, si continge-  
 rit ille Iohannes massarius illud sedimen cum ea terra reffutare et relaxare, quod teneatur  
 et debeat illud sedimen cum ea terra consignare eidem capitullo et<sup>a</sup> coherentias et fi-  
 neset quantitates eius. Item consignaverunt petiam unam terre eiusdem ecclesie Sancti  
 Bartollomei quam tenet et laborat et tenere et laborare debet de cetero ad fictum ab illa  
 35 ecclesia Sancti Bartollomei Iacobus de Manna illius loci, et iacet ubi dicitur in Noxedo,  
 et est campus, pertice septem et tabule decem octo: coheret ei a mane terra dicte eccle-  
 sie Sancti Bartollomei, quam tenet dictus<sup>a</sup> Perronus de Castroseprio, a meridie eiusdem  
 ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet<sup>a</sup> dictus Martinus Riperti et in parte tenet Anto-  
 40 nius de Montenario per predictam ecclesiam Sancti Stephani, a sero ecclesie Sancti Iohannis  
 de Castroseprio, quam tenent heredes condam Marchisii Meddici, a monte via,  
 de qua petia terre dictus Iacobus de Manna massarius investitus est in presentia dicti Iacobi  
 Ferrarii et Ottorini filii sui et Mutalbergi filii dicti Petri Ferrarii illius loci de Tra-  
 45 date testium per starios sex sicalis ad mensuram Mediolani et sterolum<sup>b</sup> unum sicalis et  
 starios sex panici ad mensuram Mediolani et starolum unum panici dandis omni anno ei-  
 dem capitullo, grossum in sancto Laurentio et minutum in sancto Martino, consignatum  
 ad ipsam ecclesiam Sancti Bartollomei; eo acto quod, si contingerit ille massarius refuta-  
 re eam terram, quod teneatur eam consignare eidem capitullo, contratam ubi iacet et co-  
 herentias et quantitates eius. Item consignaverunt petias III terre eiusdem ecclesie,  
 quas tenet et laborat et tenere et laborare debet de cetero ad fictum ab illa ecclesia Sancti  
 Bartollomei Iohannes de Ripa illius loci de Tradate. Prima quarum iacet ubi dicitur

Subtus Montem, et est<sup>m</sup> vinea, pertica una et tabule undecim: coheret ei a mane iamdicte ecclesie Sancti Petri de Habiate, quam tenet Petrus Obizonus, a meridie iamdicte ecclesie Sancti Iohannis de Castroseprio, quam tenet Ardricus de Villa, a sero dicti domini Alcherii de Pusterla, quam tenet Iacobus de Suzo, a monte Sancti Stephani, quam tenet Ubertus de Romano. II petia iacet ubi dicitur ad Piaae, et est campus, pertica una et tabule undecim, cui est a mane Martii Martegani, a meridie Rugerii Medici, a sero dicti Antonii Montenarii, quam tenet idem Antonius, a monte via. III petia est sedimen et iacet ubi dicitur ad Sanctum Salvatorem: coheret ei a mane dicte ecclesie Sancti Bartolomei, a meridie terra illius ecclesie Sancti Salvatoris, a sero strata de Mediolano, a monte illius ecclesie; de quibus petiis tribus terre cum sedimine dictus<sup>a</sup> Iohannes de Rippa massarius investitus est in presentia Martii de Pratello et Guilielmi \*\*\*\*\* et Gallioli \*\*\*\*\* de illo loco testium per starios quatuor blave [sicalis] et panici per medietatem ad mensuram Mediolani dandis omni anno eidem ecclesie et capitullo, grossum in sancto Laurentio et minutum in sancto Martino, consignatum ad ipsam ecclesiam Sancti Bartolomei; eo acto quod, si aliquo tempore dictus massarius reffutare vellet dictas terras, quod teneatur eas consignare dicto capitulo et ubi iacet<sup>b</sup> et contratas et fines et coherentias et quantitates earum. Item consignaverunt sedimen unum illius ecclesie Sancti Bartolomei, quod tenet et tenere debet de cetero ad fictum seu ad pensionem ab illa ecclesia Sancti Bartolomei Lafrancolus de Manna illius loci de Tradate, et iacet in ipso loco, cum hedificiis supra, cum clausso vineato insimul tenentibus; que omnia sunt pertice due et tabule sex et pedes septem et medius: coheret ei a mane sedimen et claussum dicte ecclesie Sancti Bartolomei, quod tenet Petrus Riperti, a meridie pratum Sancti Bartolomei, quod tenet ille prepositus ad suas manus, a sero aliud claussum vineatum Sancti Bartolomei, quod tenet dictus Martinus Riperti, a monte strata, hedificia cuius sediminis dicit ille Lafrancolus esse sua. Item consignaverunt petias VI terre illius ecclesie Sancti Bartolomei, quas tenet et laborat et tenere et laborare debet de cetero ad fictum ab illa ecclesia Sancti Bartolomei Laurentius Sugus illius loci Tradate. Prima quarum iacet ubi dicitur in Tarovore, et est silva, cum arboribus quinque castanearum intus, pertice tres et tabule septem et pedes duo: coheret ei a mane domini Francischi de Pusterla, quam tenet Iacobus Asaldi, a meridie dicte ecclesie Sancti Bartolomei, quam tenet<sup>b</sup> Iacobus Ferrarius et Ferrarius frater eius, a sero Beltrami de Cornu, a monte similiter. II petia iacet in Vineale, et est terra laborativa cum novellis duobus intus, pertica una et tabule septem: coheret ei a mane et a meridie viganus, a sero dicte ecclesie Sancti Bartolomei, quam tenet dictus Petrus Ferrarius, a monte eiusdem ecclesie Sancti Bartolomei, quam tenet idem Petrus Ferrarius. III petia iacet ubi dicitur in Vallegio, et est campus, pertice quatuor et tabule tres: coheret ei a mane Martini de Manna et in parte iamdicti Guarandri de Manna, a meridie via et a sero via, a monte dicte ecclesie Sancti Bartolomei, quam tenet<sup>b</sup> Miranus Alfeus et Iohannes Medicus. IIII petia iacet ubi dicitur Insuper Montem, et est campus<sup>a</sup> et pars est costa silvata cum arboribus duabus grossis intus et novellis XVII intus, et est pertice tres et tabule octo, videlicet pertice II et tabule XII de campo et tabule XX silve, et in cartis veteribus illius ecclesie continetur esse pertice III et tabule XXIII: coheret eis ad supertotum a mane Finiberti de Monacho, quam tenet Miranus Alfeus, a meridie iamdicti domini Alberti de Pusterla, quam tenet Ubertus de Romano, a sero in fondo coste est terra dicte ecclesie Sancti Petri de Habiate, a monte dicti Laurentii Sugi et in parte dicti Finiberti, quam tenet ille Miranus Alfeus. V petia iacet ubi dicitur ad Rasobium<sup>n</sup>, super montem, et est campus, pertice due et tabule novem, et in cartis veteribus illius ecclesie continetur esse pertice II et tabule XV et media: coheret ei a mane heredum condam Martini Martegane, a meridie Billiani de Pusterla, a sero Iacobi Ferrarii, a monte similiter et in

partem fuit Sancti Petri. VI petia iacet ubi dicitur Intus Claussos de Pozolo, et est vinea,  
 perice tres, tabule novem et pedes septem, cum planta<sup>a</sup> una nucis intus et cirexia una:  
 cohret ei a mane via de Pozolo, quam vadit ad locum de Habiate Guazono, a meridie  
 dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Iacobus Ferrarius, a sero dicte ecclesie  
 5 Sancti Bartollomei, quam tenet idem Iacobus Ferrarius, a monte illius ecclesie Sancti  
 Bartollomei, quam tenet<sup>b</sup> ille Iacobus Ferrarius et Petrus Ferrarius illius loci de Tradate;  
 et quibus petiis VI terre dictus Laurentius Sugus massarius investitus est in presen-  
 tia dicti Iacobi Ferrarii et Ottoroli filii sui et Mudalbergi filii Petri Ferrarii illius loci de  
 Tradate testium de stariis tribus sicalis et stariis tribus panici ad mensuram Mediolani  
 10 dandis omni anno eidem capitullo, grossum in sancto Laurentio et minutum in sancto  
 Marino, consignatum ad ipsam ecclesiam Sancti Bartollomei; eo acto quod si<sup>a</sup> aliquo  
 tempore dictus massarius reffutaret illas terras, quod teneatur eas consignare dicto capi-  
 tullubi iacent et contrate<sup>b</sup> et fines et coherentias et quantitates earum. Item consignave-  
 runt petias III terre illius ecclesie Sancti Bartollomei, quas tenet et laborat et tenere et la-  
 15 bore debet de cetero ad fictum ab illa ecclesia Sancti Bartollomei Micherius Martega-  
 nus illius loci de Tradate. Prima quarum iacet ubi dicitur ad Sanctum Salvatorem, et est  
 vinea novella, pertica una minus pes unus et medius: coheret ei a mane dicti Micherii  
 Martegane, a meridie dicte ecclesie Sancti Petri de Habiate, quam tenet Martinus Riperti,  
 a sero illius ecclesie Sancti Petri de Habiate, quam tenet Perrochus de Cassiano, a  
 20 monte via. II petia iacet ubi dicitur in Capite Ville de Subrus, et est terra vineata, perti-  
 ca una et tabule undecim et pedes quinque, et<sup>a</sup> coheret ei a mane sedimen unum Sancti  
 Bartollomei, quam tenet Perro Guidoldi, a meridie pratum quod tenet dictus Maza Riperti,  
 a sero terra et sedimen dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Barnabas  
 Marteganus, a monte strata quam<sup>b</sup> vadit intus per illum locum. III petia iacet in ipso loco  
 25 Tradate, ubi dicitur in Villa, et est sedimen cum hedificiis supra, cum terra et clausso vinea-  
 to de retro insimul tenentibus, et est pertice tres: coheret ei a mane et<sup>b</sup> sedimen dicte  
 ecclesie Sancti Bartollomei, quod tenet Martius Marteganus, a meridie pratum dicte  
 ecclesie Sancti Bartollomei, quod tenet dictus dominus prepositus ad suas manus, a sero  
 sedimen et claussum illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam<sup>b</sup> tenet Perro Guidoldi, a  
 30 monte strata, cum arbore una castanearum intus, hedificia cuius sediminis dicit ille Mi-  
 cherius esse sua; de quibus petiis terre et sedimine dictus Micherius massarius investitus  
 est in presentia Uberti de Romano et Guidotus filius Anselmi Martegane et Alfeus [de  
 Alfeis] et Iacobus de Manna illius loci<sup>p</sup> de Tradate testium pro stariis quatuor bla-  
 ve sicalis et panici per medietatem dandis omni anno eidem capitullo ad mensuram Me-  
 35 diolani, grossum in sancto Laurentio et minutum in sancto Martino, consignatum ad  
 ipsam ecclesiam Sancti Bartollomei; eo acto, si contingerit ipsas terras et sedimen rela-  
 xare et refutare, quod ille massarius debeat et teneatur consignare eas et illud eidem capi-  
 tullu, ubi iacent contratas et fines et coherentias et quantitates earum. Item consignat  
 et consignaverunt sedimen unum cum hedificiis iacentem in ipso loco, cum terra et  
 40 clausso vidato de retro insimul tenente, et est pertice due et tabule decem et pedes un-  
 decim: que omnia tenet et laborat Martius de Pradello illius loci: coheret eis a mane  
 claussum vineatum dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quam<sup>b</sup> tenet dictus Martinus Riperti,  
 a meridie pratum dicte ecclesie Sancti Bartollomei, quod tenet ille dominus prepositus ad  
 suas manus, a sero sedimen et claussum vineatum illius ecclesie Sancti Bartollomei, quod  
 45 tenet dictus Micherius Marteganus, a monte strata, et ultra illam stratam ibi per medium  
 est sedimen Dominici Martegani<sup>b</sup>; hedificia cuius sediminis dicit ille Marzius esse sua. Item  
 consignaverunt petias XXIII terre illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet et laborat  
 Maza Riperti illius loci de Tradate. Prima quarum iacet ubi dicitur ad Grizam de Rancate  
 sive ad Castegnium, et est campus cum arbore una castanearum intus<sup>a</sup>, et est tabule vigin-



ti una minus pes unus, pro medietate unius petie terre illius ecclesie Sancti Bartollomei, et alia medietas tenet Ferrarius de Ferrariis: coheret eidem medietati a mane dicti domini Alcherii de Pusterla, quam tenet Guasconus Lamperti, a meridie dicta alia medietas huius petie, quam tenet ille Ferrarius ut supra, a sero accessium, a monte Perrochi de Cassiano. II petia iacet ubi dicitur ad Ferrazolum, et est campus, pertice novem et tabule sex et pedes tres et medius: coheret ei a mane et a meridie et a sero via, a monte iamdicte ecclesie Sancti Petri de Habiante, quam tenet dictus Laurentius Sugus. III petia iacet ubi dicitur ad Super Montem, et est campus, pertica una et tabule octo: coheret ei a mane de hac terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet dictus Iacobus Ferrarius, a meridie via, a sero dicti ser Gasparri de Castelliono, quam tenet dictus Barnabas Marteganus, a monte similiter. IIII petia iacet ubi dicitur in Traversera, et est campus, pertice due et tabule septem: coheret ei a mane via, a meridie de hac terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet dictus Perronus de Castronovo<sup>a</sup>, a sero dicti Maze Riperti, a monte dicti ser Alcherii de Pusterla, quam tenet Iacobus de Habiante. V petia iacet ubi dicitur in Subtus Montem, et est campus, tabule decem octo: coheret ei a mane de hac terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet dictus Ardricus de Villa, a meridie Domergoli Martegane, a sero terra scole dicte ecclesie Sancti Stephani, quam tenet Iacobus Medicus, a monte illorum de Pusterla, quam tenet dictus Antonius Marteganus. VI petia iacet ubi dicitur<sup>a</sup> in Pradello, et est campus, pertica una et tabule decem: coheret ei a mane dicti Alberti de Pusterla, quam tenet dictus Antonius Marteganus et in parte dicti Maze Riperti, a meridie iamdicti Uberti de Pusterla, quam tenet ille Antonius, a sero accessium, a monte Iacobi Alfei. VII petia iacet ubi dicitur in Sorino, et est campus, pertice due et tabule viginti: coheret ei a mane dicti Maze Riperti et in parte dicti domini Guillielmi de Pusterla, quam tenet Comes Alfeus, a meridie illius ecclesie Sancti Stephani, quam tenet presbiter illius ecclesie, a sero de hac terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Iacobus Guidoldi, a monte Ferrarii de Ferrariis. VIII petia iacet ubi dicitur in Traversera, et est campus, pertice quatuor et tabule quindecim et pedes quatuor et medius: coheret ei a mane de hac terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Perro Guidoldi, a meridie via, a sero Robbau, a monte domini Francischi de Pusterla, quam tenet Iacobus Guidoldi. VIII petia iacet ubi dicitur similiter in Traversera, et est silva cum arboribus castanearum intus quatuor, et est pertica una et tabule novem et pedes sex, cui est a mane Robbau, a meridie similiter Robbau et in parte via, a sero via, a monte iamdicti Guarandri de Manna, et habet cocham unam a meridie parte. X petia iacet ubi dicitur in Sorino, et est campus, pertice quinque: coheret ei a mane terra dicte ecclesie Sancti Stephani<sup>b</sup>, quam tenet Barberius, et in parte de hac terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet Alfeus Gualperti, a meridie dicti Iacobi Alfei sive tenet et in parte terra consortii illius loci, quam tenet dictus Rambellus de Musso, a sero Gasparri, quam tenet dictus Barnabas, et in parte terra predicte ecclesie Sancti Stephani, quam tenet dictus Barberius, a monte tenet dictus Antonius. XI petia iacet ubi dicitur in Gabba, et est campus, pertice due et tabule quatuordecim et pedes sex: coheret ei a mane Montanariorum, quam tenet Bensus de Bedri, a meridie dicti Maze Riperti, a sero tenet dictus Barnabas Marteganus, a monte<sup>c</sup> via. XII petia iacet ubi dicitur in Pradello de Supra, et est campus, pertice tres et tabule viginti una: coheret ei a mane dicti ser Alcherii de Pusterla, quam tenent heredes quondam Gabbi Bultraffi, a meridie dicti Maze Riperti, a sero de hac terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet dictus Petrus Riperti, a monte Robbau. XIII petia iacet ubi dicitur in Sorino, et est campus, pertica una: coheret ei a mane terra dicte ecclesie Sancti Stephani, quam tenet presbiter illius ecclesie, a meridie de hac terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam tenet iamdictus Perronus de Castroseprio, a sero terra dicti consortii illius ecclesie Sancti Stephani, quam tenet dictus Martinus Riperti, a monte de hac terra illius ecclesie Sancti Bartollomei, quam